0269-0274- SS Felix I – Decreta Supra Episcopis Galliarum Directa

O93, f. 25va; N442, f. 56ra; V630, f. 58va; I83, f. 122ra; VD38, f. 115va; SG670, p. 242°; P9629, f. 32v

CUIUS[1] [2] SUPRA EPISCOPIS GALLIARUM DIRECTA.

Felix[3] episcopus universis episcopis per Galliae provincias constitutis in domino salutem.

Bonorum operum et spiritalium studiorum deum <SG670, p. 242b> auctorem esse non dubium est, qui[4] eorum incitat mentes et adiuvat actiones. Unde laetari[5] me fecerunt scripta[6] vestra ex bono studio et ex integritate[7] fidei[8] devotionis[9] vestrae, sed ex afflictione et contritione vestra magna ex parte tristari[10].
Tristis enim tristes legi litteras vestras et scripta mesta[11] [12] merore[13] debito percucurri[14], quia sicut nos ecclesiarum[15] pax sacerdotumque eius concordia et tranquillitas plebis audire[16] facit gaudium caeleste, ita nos affligit et deicit fraterna afflictio. Vos tamen nolite multum tristari, quia, sicut ipsa per[17] se <I83, f. 122rb> veritas ait: Si de hoc mundo fuissetis, mundus, quod suum erat, diligeret, sed quia[18] de hoc mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus, id est mundi amatores. Quicquid tamen <VD38, f. 115rb> hi loquantur[19] aut adversum vos agant[20], vos semper integram[21] servate fidem, et puram habetote conscientiam, ut integer spiritus et ani<SG670, p. 243a>ma[22] servetur in die domini. Nos vero ad supplementum[23] vestrum fratres et coepiscopos[24] nostros vocavimus[25] ampli<V630, f. 58vb>us quam septuaginta, cum quibus haec, quae subter habentur inserta, regulariter tractando[26] decrevimus[27]. Vestris enim epistolis <N442, f. 56rb> in omnium audientia[28] perlectis, quae multas, ut nostis, querimonias[29] et oppressiones in se continebantur vestras[30], [31] sancta synodus dixit:
Haec[32] sunt, quae deinceps[33] propter[34] malorum hominum insidias, qui in ecclesiam et in ecclesiasticos indifferenter saeviunt[35] viros conservari[36] firmissime volumus in saecula[37]:
Si[38] quis episcopus ab illis accusatoribus, qui recipiendi sunt, fuerit[39] accusatus, postquam[40] ipse ab eis <I83, f. 122va> caritative[41] conventus[42] fuerit, ut ipsam[43] causam[44] emendare debeat, et eam[45] corrigere noluerit[46], non olim, sed tunc ad summos primates causa eius canonice deferatur[47], qui in[48] congruo loco infra ipsam provinciam tempore congruo, id est autum<VD38, f. 116ra>nali[49] vel[50] aestivo, concilium[51] regulariter convocare debebunt ita, ut <SG670, p. 243b> ab omnibus eiusdem provinciae episcopis inibi audiatur. Quo[52] [53] et ipse regulariter convocatus[54], si eum aut infirmitas aut alia gravis[55] necessitas non detinuerit, adesse debebit[56], quia ultra provinciae terminos accusandi ante licentia[57] non est, quam audientia rogetur.
Nam[58] si suis[59] fuerit aut ecclesiae sibi commissae[60] rebus[61] exspoliatus[62] aut, quod absit, quod alienum ab omnibus esse debet fidelibus, a sede propria eiectus aut in detentione aliqua a suis ovibus fuerit sequestratus[63], tunc canonice, antequam in pristino[64] restituatur cum omni privilegio suo[65] honore et[66] sua omnia, quae insidiis inimicorum suorum ei ablata fuerant[67], legibus redintegrentur, nec[68] convocari nec iudicari[69] pote<I83, f. 122vb>rit[70], nisi ipse pro sua necessitate[71], minime tamen iudicandus, advenire sponte elegerit. Nullatenus ergo a[72] quoquam respondere rogetur, antequam integerrime omnia, quae per[73] suggestiones[74] inimicorum suorum amiserat[75], potestati eius ab <VD38, f. 116rb> honorabili <P9629, f. 33r> <SG670, p. 244a> concilio legali ordine redintegrentur. Praesul vero cum omni honore statui[76] pristino reddatur et ipse dispositis ordinatisque libere ac secure diu[77] suis tunc regulariter infra quattuor vel quinque aut septem[78] menses, iuxta quod possibilitas ei fuerit, et non[79] ante[80] convocatus[81] ad tempus concilio[82] in legitimo <O93, f. 25vb> et canonico[83] veniat ad causam, et si ita iuste videtur, accusantium propositionibus[84] respondeat. Nam hoc summopere praevidendum[85] est, ne antequam haec omnia fiant, coactus[86] respon<V630, f. 59ra>deat, quia contentio semper vitanda est. Adimi[87] namque episcopo episco<N442, f. 56va>patum[88], antequam[89] causae eius exitus[90] appareat, nulli[91] christiano videri iure[92] potest, quia talis praesumptio sacrilegium est et auctor talium sacrilegus.
Quod[93] si aegrotans[94] [95] fuerit episcopus aut aliqua eum gravis necessitas detinuerit, pro se legatum ad synodum mittat. Nec <I83, f. 123ra> a communione suspenda<SG670, p. 244b>tur, cui crimen intenditur, nisi ad causam suam dicendam[96] electorum iudicum[97] die statuta litteris evocatus minime oc<VD38, f. 116va>currerit, hoc est, nisi alia praeoccupaverit necessitas, infra spatium praedictorum mensium et eo amplius, prout[98] causa dictaverit.
Quod si ex utraque parte ad causam dicendam venerint, quia unus absque altero audiri non debet, quaerendum est in iudicio, cuius sint[99] conversationis et fidei atque suspicionis[100] accusatores, aut qua[101] intentione hoc faciant, quia ad hoc admitti[102] non debent nisi bonae conversationis[103] et rectae fidei viri, hi videlicet, qui omni suspicione careant[104], et[105] bonae[106] vitae clareant neque infames[107] exsistant.
Quod si accusatorum personae in[108] iudicio episcoporum[109] culpabiles apparuerint[110], ad arguendum non admittantur[111], nisi proprias causas asserere[112], non tamen criminales vel ecclesiasticas[113], voluerint. Infamis enim persona <SG670, p. 245a> nec procurator[114] potest esse nec[115] cognitor[116] [117].
Absente[118] vero adversario[119] non audiatur accusator nec sententia absente parte alia a iudice dicta[120] ullam[121] obtinebit firmitatem, <I83, f. 123rb> neque absens per alium accusare[122] aut accusari potest, nec affinis[123] testis admittatur.

Neminem ergo exhiberi[124] de provincia[125] ad provinciam vel ad comitatum oportet, nisi <VD38, f. 116vb> ad relationem[126] iudicis, ad quem fuerit appellatum, id est, ut[127] auctor semper rei[128] forum[129] sequatur.

Si quis autem iudicem adversum[130] [131] sibi senserit, vocem appellationis exhibeat, quam nulli oportet negari.

Peregrina[132] vero iudicia generali sanctione[133] [134] prohibemus, quia indignum est, ut ab[135] externis iudicetur, qui comprovinciales et a se electos debet habere iudices.

Haec, fratres, ad vestram et[136] omnium coepiscoporum opem[137] et defensionem in synodo unanimiter[138] sunt decreta, ut, si forte aliquis[139] stultorum vos accusare, qui[140] diabolicae deceptionis[141] errore de<N442, f. 56vb>cepti sunt, voluerint, dum ista lege<SG670, p. 245b>rint vel audierint, resipiscant[142] et ad unitatis concordiam revertantur, et quod prius erat in ultionem[143] [144], transibit in gloriam[145]. Nam procul dubio multi sunt, qui secundum apostoli[146] vocem prurien<V630, f. 59rb>tes[147] auribus a veritate auditum avertunt[148], ad fabulas autem convertuntur et ad nocumen<I83, f. 123va>ta bonorum transeunt[149]. Ait idem apostolus de infidelium ignorantia: <VD38, f. 117ra> Si cognovissent, numquam deum[150] gloriae crucifixissent. Similiter, si[151] deum perfecte cognovissent et[152] amassent, numquam servos eius perturbassent nec verbis[153] aut factis persecuti essent. Quod vero idem apostolus dicit[154]: Si enim, cum inimici essemus, reconciliati sumus deo per mortem filii eius, cur insequimur fratres, cur perturbamus statum[155] [156] ecclesiae dei[157] et[158] [159] eos, qui ei servire[160] debent, affligimus[161]? Martyres enim passi sunt, non tamen animae eorum occisae[162] sunt in corporis passione, ore veritatis testante: Nolite timere[163] eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere, ubi agnosci oportet[164] <SG670, p. 246a> animae martyrum corpore perempto[165] [166] suppliciis exstingui non possunt, nec animae praedicatorum et doctorum persequi debuissent aut perturbari[167] et a[168] dei famulatu[169] avertere[170] [171], quia cum corporibus non deficiunt[172] [173]. Tales[174] autem perturbatores ecclesiae non solum praedicta[175] agunt mala, sed et me<I83, f. 123vb>morias martyrum exsecrantur[176] [177].

Quapropter[178] in prae<VD38, f. 117rb>fata constituimus synodo vobisque et omnibus ecclesiis tenendum et agendum mandamus, ut[179] super memorias[180] martyrum missae celebrentur[181] [182], ne memoriae eorum a talibus exstingui aut veneratio[183] possit prohiberi.

Vos vero, fratres, nolite multum turbari[184], nolite vexari, sed confortamini in domino et in potentia claritatis[185] eius. Habetote interim[186] ista ad suffragium[187] vestrum[188] apostolica auctoritate decreta[189], et scitote nos semper habere paratos etiam, si necesse fuerit, usque ad mortem, ad quaecumque[190] vobis necessaria fuerint, domino opem[191] fe<P9629, f. 33v>rente[192] perficienda[193].

Illi tamen deo auctore peribunt, et vos stabitis, si tamen labor[194] vester[195] non fuerit inanis[196], sed plenus fide <SG670, p. 246b> et caritate. Vae, inquit propheta, qui[197] potum dat amico suo mittens fel[198] suum. Et iterum sapientissimus[199] Salomon ait: Qui loquitur iniqua, non potest latere, nec praeteriet[200] illum corripiens[201] iudicium. <O93, f. 26ra> In cogitationibus ergo impii interro<N442, f. 57ra>gatio erit. Sermonum autem illius auditio[202] ad[203] deum perveniet[204] ad correptionem <I83, f. 124ra> iniquitatum[205] illius, quoniam auris[206] zeli[207] <VD38, f. 117va> audit[208] omnia et tumultus[209] murmurationum[210] non absconditur[211]. Haec enim, si amplecti[212] voluissent proprio et sano sensu, ad reprobum sensum minime laberentur[213], sed per dei timorem sermonum[214] suorum praecaventes cus<V630, f. 59va>todiam, piam sanctorum[215] patrum definitionem[216] sine quadam nocumenti[217] praesumptione utique conservassent, quod dicit sacrum eloquium: Consilium bonum conservabit[218] te et mens bona custodiet te.

Non enim de fontibus salutiferis spiritaliter ad acquisitionem aeternae vitae procedunt tales accusationes[219] et detractiones, atque ideo competenter[220] nos[221] beatus Paulus apostolus praemuniens[222] ait: Non debere plus sapere quam oportet sapere[223], sed sapere ad sobrietatem, in defi<SG670, p. 247 (246)a>nitione[224] [225] pietatis perdurantes. Qui enim hanc[226] praetereunt[227] [228], non tantum laesi sunt decidentes a corroboratione[229] sua, sed insipientiae suae dereliquerunt domibus[230] memoriam, ut[231] in his, in quibus peccaverunt, minime latere potuissent. <VD38, f. 117vb> Gloria enim et contumelia[232] in loquela et in lingua hominis casus[233] illius est. <I83, f. 124rb> Ideoque[234] conveniens[235] est hanc quidem ostensionem repraehensionum illorum nostris actibus inseri[236], ne ulterius[237] iam talia patiamini[238] [239] seminantibus eis[240] zizania et scandala, sed laetari in officiis et dogmatibus[241] [242] vestris mereamini. Igitur erubescant[243] talia et[244] huiusmodi blasphemia[245] subtrahere[246] festinent, si noluerint a sacerdotali nostro collegio[247] segregari[248] et a totius christiani populi[249] societate divelli[250] [251]. Licet namque de his plura et pernecessaria[252], quae in decretis[253] sedis apostolicae et ab[254] apostolis[255] eorumque successoribus nostris videlicet[256] praedecessoribus statuta inveniuntur, dicere et conscribere potuissemus, tamen melius nobis[257] visum est, ut epistolam[258] oratione clauda<SG670, p. 247 (246)b>mus[259].

Dominus omnipotens et huius[260] unigenitus filius[261] et salvator noster Christus[262] Iesus hoc vobis tribuat incitamentum[263], ut omnibus fratribus et coepiscopis <VD38, f. 118ra> nostris quibuscumque tribulationibus laborantibus totis succurratis viribus et cum eis compatientes crucem eiusdem domini salvatoris por<I83, f. 124va>tetis, ut veri ipsius discipuli coram omnibus appareatis, <N442, f. 57rb> ut et vos et, qui vobiscum sunt, hic et in futuro meliora possideatis, quae oculus non vidit nec auris[264] audivit, nec in cor hominis ascendit[265], quae praeparavit deus diligentibus se per dominum nostrum[266] Iesum[267], per quem et[268] cum quo omnipotenti deo[269] gloria in saecula saeculorum. Amen. Valere vos opto, carissimi fratres.

Data V[270] Idus Aug. Claudio et Paterno vv.[271] cc. conss.

O93, f. 26ra; N442, f. 57rb; V630, f. 59va; I83, f. 124va; VD38, f. 118ra; SG670, p. 247b; P9629, f. 33v

1 CUIUS] EPISTOLA CUIUS *I83*
2 *Überschrift*] EPISTOLA FELICIS PAPAE *SG670*
3 Felis episcopus *korr. aus* Felix *O93*
4 qui eorum incitat mentes et adiuvat actiones *fehlt SG670*
5 laetari *korr. aus* laetare *O93*
6 scripta vestra] scripturę vestrę *SG670*
7 integritate *korr aus* ingritate *VD38*
8 fidei] fidei et *SG670*
9 devotionisque *VD38*
10 tristavere *korr. aus* tristare *V630*
11 *am Rande* Tristia luctuosa *VD38*
12 mesta *fehlt P9629;* vestra *SG670*
13 *interlinear* vel vestra *P9629; am Rande* Tristitia *VD38*
14 percucurri *korr. aus* percurri *I83*
15 ecclesiam *V630; I83*
16 haurire *SG670*
17 per se *fehlt SG670*
18 quia *korr. aus* qua *I83*
19 loquuntur *V630;* loquuntur *korr. aus* loquntur *P9629*
20 agunt *korr. aus* agant *V630*
21 integram *korr. aus* ingeram *O93*
22 anima] anima vestra *VD38*
23 *am Rande* auxilium *VD38*
24 coepiscopos *korr. aus* quoepiscopis *SG670*
25 vocabimus *V630; P9629*
26 trando *VD38*
27 *am Rande* Statuimus *VD38*
28 audientia *korr. aus* audientium *V630*
29 *am Rande* Luctus et querelas acclamationes *VD38*
30 vestras *korr. aus* vestra *V630*
31 vestras] vestras si quae de accusationibus episcoporum *V630*
32 *am Rande* De acusationibus episcoporum quid sit observandum *P9629*
33 deinceps propter] deinceps in *korr. aus* deinceps *SG670*
34 prōp *P9629;* propter *fehlt I83; VD38*
35 *am Rande* Furiunt *VD38*
36 conservari *korr. aus* conservare *P9629*
37 ecclesia *SG670*
38 *am Rande* De non damnandis episcopis *O93;* Qualiter accussatus episcopus ad concilium vocetur *V630; am Rande* De episcopis *I83*
39 fuerit accusatus *korr. aus* fuerit *V630*
40 postquam ipse ab eis caritalive conventus fuerit *fehlt V630*
41 *am Rande* cum caritate *VD38*
42 *am Rande* commonitus *VD38*
43 ipsa *SG670*
44 causam *fehlt SG670*
45 ea *SG670*
46 noluerit *korr. aus* voluerit *N442*
47 deferatur *korr. aus* differatur
48 in *fehlt SG670*
49 autumnali *korr. aus* autumnale *O93*
50 vel *fehlt V630*
51 concilium *korr. aus* consilium *SG670*
52 *am Rande* ad quem *VD38*
53 Quod *P9629;* quoniam *SG670*
54 convocatur *P9629*
55 gravis *korr. aus* gravi *SG670*
56 debet *I83; SG670*

57 licentię *P9629*
58 *am Rande* Ne expoliatus iudicetur *I83*
59 suis *korr. aus* vis *V630;* suis *korr. aus* sus *P9629; I83*
60 *am Rande* commenditę *VD38*
61 rebus *fehlt V630*
62 expoliatus *korr. aus* expoliatur *P9629*
63 *am Rande* Separatus *VD38*
64 pristino restituatur] pristinum restituatur statum *VD38*
65 suo] suo et *VD38*
66 ei *korr. aus* et *SG670*
67 fuerunt *V630*
68 nec convocari *fehlt VD38*
69 iudicari *korr. aus* iudicare *SG670*
70 poterit] *korr. aus* poterit poterit *VD38*
71 necessitate *korr. aus* necessita *I83*
72 *am Rande* ab aliquo *VD38*
73 per suggestiones] super gestiones *P9629*
74 suggestionem *SG670*
75 *am Rande* perdiderat *VD38*
76 *am Rande* ordini *VD38*
77 rebus *korr. aus* de *SG670*
78 semtem *P9629*; sex *I83*
79 non *korr. aus* no *VD38*
80 ante *korr. aus* ate *VD38*
81 convocatus *korr. aus* convocatur *V630;* convocatur *P9629*
82 concilii *I83*
83 canonica *P9629*
84 *am Rande* obiectionibus *VD38*
85 providendum *V630;* praecavendum *SG670*
86 *am Rande* invitus *VD38*
87 *am Rande* auferri tolli subtrai *VD38*
88 episcopatum *korr. aus* episcopamtum *SG670*
89 antequa *SG670*
90 *am Rande* finis *VD38*
91 nulli *korr. aus* nullo *O93*
92 *interlinear* vel ve *SG670*
93 *am Rande* si egrotus episcopus acusetur *P9629; am Rande* De accusatoribus *I83*
94 *am Rande* infirmus *VD38*
95 egrotans *korr. aus* egrotrans *SG670*
96 dicendam] dicendam et *korr. aus* dicendam *SG670*
97 iudicium *I83*
98 *am Rande* sicut *VD38*
99 sunt *V630; P9629; VD38*
100 suspectionis *VD38*
101 qua *korr. aus* quia *V630*
102 *am Rande* assumi suscipi *VD38*
103 conversationis *korr. aus* conversationi *SG670*
104 careant, et bonae vitae clareant *korr. aus* careant *P9629*
105 et bonae vitae clareant *fehlt V630*
106 bonae vitae] bona vita *korr. aus* bonę vitę *SG670*
107 *am Rande* aliqua macula turpes aut deformes *VD38*
108 in *fehlt SG670*
109 episcopoporum *P9629*
110 apparuerunt *V630*
111 admittantur *korr. aus* admittentur *P9629*
112 *am Rande* affirmare *VD38*
113 ecclesiasticos *I83;* ecclesiasticas *korr. aus* ecclesiasticos *SG670*
114 *am Rande* Procurator qui alterius causam procuret *VD38*
115 ne *VD38*
116 *am Rande* Cognitor est qui alterius causam cognoscens agit sicut propriam *VD38*

117 cognitor *korr. aus* cognitorum *V630*
118 *am Rande* De absente *I83*
119 adversario non audiatur accusator; nec sententia absente *fehlt VD38*
120 dicta] dicta sententia *VD38*
121 nullam *VD38*
122 accusare aut *fehlt SG670*
123 *am Rande* propinquus *VD38*
124 *am Rande* deduci *VD38*
125 provintia *korr. aus* provitia *VD38*
126 relationem *korr. aus* revelationem *V630;* revelationem *P9629*
127 ut *fehlt SG670*
128 rei] ei in *korr. aus* ei *SG670*
129 *am Rande* forum dicebatur ubi publica iudicia exercebantur *VD38*
130 *am Rande* contrarium *VD38*
131 adversum *korr. aus* ad verbum *V630*
132 Peregrina *korr. aus* Pergrina *VD38*
133 *am Rande* Institutione *VD38*
134 santione *SG670*
135 ab *fehlt I83*
136 et] et ad *VD38*
137 *am Rande* auxilium *VD38*
138 *am Rande* huno animo *VD38*
139 aliqui *P9629*
140 quia *I83;* qui] qui ab *korr. aus* quia *SG670*
141 deceptiones *VD38*
142 *am Rande* Mente recipiant convertantur *VD38*
143 *am Rande* vindictam *VD38*
144 ultione *SG670*
145 gloria *SG670*
146 apostolicam *I83; SG670*
147 pruriente *VD38;* prurientes] prurientes *korr. aus* prurientis aurientis *SG670*
148 *am Rande* avertunt repellunt *VD38*
149 transeunt *korr. aus* transeant *V630*
150 dominum *VD38; SG670*
151 si] si bene *V630; P9629*
152 aut *SG670*
153 verbis *korr. aus* vebis *VD38*
154 ait *SG670*
155 *am Rande* ordinem dispositionem *VD38*
156 statum *korr. aus* statim *P9629*
157 dei *fehlt SG670*
158 et *fehlt I83*
159 et eos] eosque *SG670*
160 serviri *I83*
161 affligimus *korr. aus* affligimur *SG670*
162 occisę sunt *korr. aus* occiserunt *SG670*
163 timere eos *korr. aus* timere *P9629*
164 oportet] oportet quod *V630; VD38;* oportet quia *korr. aus* oportet qui *SG670*
165 *am Rande* occiso *VD38*
166 peremptum *SG670*
167 turbari *I83*
168 a *korr. aus* ad *SG670*
169 *am Rande* servitio *VD38*
170 *am Rande* repelli *VD38*
171 averti *VD38;* averti *korr. aus* avertere *SG670*
172 deficient *SG670*
173 deficiunt Tales autem perturbatores ecclesiae non solum praedicta agunt mala, sed et memorias martyrum exsecrantur] deficient Tales autem perturbatores ecclesiae non solum praedicta agunt mala, sed et memorias martyrum execrantur (execrantur *korr. aus* exerceantur *SG670*) *korr. aus* deficient *SG670*
174 *am Rande* Ut super memorias martyrum misse fiunt *I83*

175 prodicta *VD38*
176 *am Rande* abominantur *VD38*
177 execrantur *korr. aus* exerceantur *SG670*
178 *am Rande* Ut supra memorias martyrum misse celebrentur *V630; am Rande* Super memorias martyrum missas celebrandas *P9629*
179 *am Rande* Nota hoc primum felicem papam statuisse *SG670*
180 *interlinear* vel sepulcra *SG670*
181 *am Rande* agentur cum celebritate cantentur *VD38*
182 celebrentur ne *korr. aus* celebrentur *V630; P9629*
183 *am Rande* honor *VD38*
184 turturbari *VD38*
185 virtutis *I83; SG670;* virtutis *korr. aus* vitutis *VD38*
186 *am Rande* donec maiora percipiatis *VD38*
187 *am Rande* auxilium *VD38*
188 nostrum *I83*
189 decreta *korr. aus* deceta *P9629*
190 quemcumque *O93; P9629; I83*
191 *am Rande* auxilium *VD38*
192 *am Rande* dante *VD38*
193 perfidcienda *VD38*
194 labor vester *korr. aus* labor *SG670*
195 vester *fehlt I83*
196 inanis] inanis se *VD38*
197 qui *korr. aus* quo *SG670*
198 fel *korr. aus* fal *SG670*
199 sapientisimus *korr. aus* sapientuimus *P9629;* sapientissimus *korr. aus* sapientissimos *VD38*
200 *am Rande* pertransibit *VD38*
201 *am Rande* increpans *VD38*
202 auditio] a iudicio *I83;* auditio *fehlt VD38*
203 ad *korr. aus* a *O93*
204 perveniet *korr. aus* veniet *O93*
205 iniquitatum *korr. aus* iniquitatem *P9629*
206 auris *korr. aus* auri *V630*
207 *am Rande* vindictę ulcionis *VD38*
208 audivit *VD38*
209 *am Rande* sonitus *VD38*
210 murmurationum *korr. aus* murmuratione *P9629*
211 absconditur *V630*
212 *am Rande* conprehendere *VD38*
213 *am Rande* caderent *VD38*
214 sermonum *korr. aus* sermonem *V630*
215 suorum *N442*
216 definitionem sine] definitionem sinem *korr. aus* definitionsinem *P9629*
217 nocumenti praesumptione utique conservassent] novassent *I83;* nova assererent (*am Rande* docerent) *VD38;* novitate servassent *SG670*
218 conservabit te] conservabite *P9629*
219 accusationis *I83*
220 *am Rande* congruenter apte *VD38*
221 nos *fehlt V630; P9629*
222 muniens *SG670*
223 sapere sed sapere *korr. aus* sapere *SG670*
224 *am Rande* constitutione *VD38*
225 diffinitione *SG670*
226 hęc *SG670*
227 *am Rande* Nedegunt pertranseunt *VD38*
228 praeteriunt *O93*
229 *am Rande* a firmitate *VD38*
230 hominibus *korr. aus* domibus *SG670*
231 ut *fehlt I83*
232 *am Rande* ignominia ruina *VD38*

233 causus *P9629*
234 Ideo *I83*
235 *am Rande* congruum *VD38*
236 *am Rande* inscribi *VD38*
237 *am Rande* amplius *VD38*
238 *am Rande* sustineatis *VD38*
239 patiamini a *korr. aus* patiamini *SG670*
240 eis *fehlt I83; SG670*
241 *am Rande* doctrinis *VD38*
242 dogmactibus *P9629*
243 erubescant] erubescant ac *V630*
244 et] et ab *VD38*
245 blasphemias *N442; I83; SG670*
246 subtrahere] subtrahere se *VD38*
247 *am Rande* consortio *VD38*
248 *am Rande* separari *VD38*
249 populi socitate divelli *korr. aus* populi *SG670*
250 *am Rande* Abscidi *VD38*
251 divelli *korr. aus* develli *O93*
252 *am Rande* valde necessaria *VD38*
253 directis *N442*
254 ab *fehlt SG670*
255 apostolis *korr. aus* apostolus *P9629*
256 videlicet *korr. aus* videlicet et *SG670*
257 nobis *korr. aus* vobis *SG670*
258 epistolam oratione] haec epistolari moderatione *I83; SG670*
259 claudamus] et laude finiamus *VD38*
260 huius *fehlt N442;* unus *I83;* eius *korr. aus* unus *SG670*
261 filius et *korr. aus* filius *I83*
262 Christus Iesus] iesus christus *SG670*
263 incitamentum *korr. aus* incitamentuum *SG670*
264 aures *VD38*
265 ascendunt *korr. aus* ascendit *SG670*
266 nostrum iesum *korr. aus* nostrum *P9629*
267 Iesum] iesum christum *V630; SG670*
268 et cum *korr. aus* et *SG670*
269 deo gloria *korr. aus* deo *SG670*
270 VI *VD38*
271 vv. cc.] v. c. *SG670*